



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Practica Cancellariae Apostolicae Cvm Stilo Et Formis In Romana Cvria Vsitatis

Paulus, Hieronymus

Venetiis, 1572

Commissio admissionis, cessionis bonorum, pro clerico excommunicato,
qui est paratus satisfacere quam primum peruenerit ad pinguiorem
fortunam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10350

Vbi sunt contrariæ sententiæ diffinitivæ & appellatur ab vltima, etiam si sint duæ cōsequenter latæ pro vno Mādamus &c. de vtroque processu cognoscens, legitimè, illū ex eis quem ritè factum fore repereris, autoritate nostra ap pel. reo. approbes, reliquo sicut iustum fuerit reprobato.

Vbi sunt contrariæ sententiæ in causa matrimoniali. Mandan. quatenus de vtroque processu cognoscens legitimè, quod canonicum fuerit appellat. reo & c. facien. &c.

Quando mortuo iudice qui cognoscebat de causa committitur aliis. Quo circa quatenus vocatis, qui fuerint euocandi, & causa ipsa in statu debito per vos resumpta, illam vltèrius audiatis, & quod iustum fuerit appel. reo. decernatis, facientes, quod decernetis. &c.

Commissio admissionis, cessionis bonorum, pro clerico excommunicato, qui est paratus satisfacere quam primum peruenit ad pinguiorem fortunam.

Quo circa &c. si est ita, vocatis creditoribus præfatis, & aliis qui fuerint euocādi, receptaq; per vos ab eodem cessione bonorum prædictorum, necnon idonea cautione, vt si ad pinguiorem fortunam peruenit, debita, persoluet, sententiam prædictam relaxare procuretis, prout de iure fuerit faciendum. & vide c. Odoardus, de solut. & c. peruenit. de fideiuf. super monasterio grauato onere debitorum. vide formam in quinterno. tit. de vsuris.

Quomodo petitur obseruari sententia interlocutoria, à qua nulliter fuit appellatum, vel quia deserta fuit & committitur eisdem iudicibus.

Quo circa &c. vocatis &c. si vobis de nullitate, siue de fertione appellationis huiusmodi legitimè constiterit, contra prædictum Ioan ad vltèriora procedatis, iuxta ipsam formam & continentiam literarū. Olim huiusmodi literæ etiā cōmittebantur aliis sub forma, vt postquam cognouissent de nullitate vel desertione, remitterēt eam, prioribus iudicibus, vide not. in c. ad hæc. el j. & c. ex-
C 2 ratione.